



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Bvrgvndi[i] I. C. Et Professoris Ordinari[i] Codicis  
In Academia Ingolstadiensi, Historia Belgica, Ab Anno M.  
D. LVIII.**

**Bourgogne, Nicolas de  
Ingolstadii, 1633**

Serenissimo Ac Potentissimo Principi Maximiliano S. R. I. Achidapifero  
Electori, Vtrivsqve Bavariæ Dvcī Et Comiti Palatino Rheni.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb10557150-4**

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO

PRINCIPI

# MAXIMILIANO

S. R. I.

ARCHIDAPIFERO

ELECTORI;

VTRIVSQUE BAVARIAE

D V C I

E T

C O M I T I

PALATINO RHENI.



ON offendam, MAXIMI-  
LIANE Princeps Serenissi-  
me, si hunc libellum sub no-  
minis Tui Magnitudine ex-  
ire patiar. Belgium meum  
cum felicissimum ac miser-  
rim simul fuit, veluti in pictura quadam  
repræsento. Videbis virtutis vitiorumque  
certamen. Videbis perfidiam cum fide lu-

\* 2

& tan-

Etantem. Sectasque nostrorum temporum  
in religionem attollentes supercilium. Bre-  
viter, quidquid malorum prorupit in pu-  
blicam perniciem, ex æmulatione & invi-  
diâ Magnatum, Principi suo non sat obe-  
dientium. Hæc sunt initia, quibus populus  
ille distractus est in partes. His causis inter-  
se nunc commissus, totius Orbis oculos,  
tanquam ad spectaculum quoddam gladia-  
torium, in se avertit. Pulchrum tibi erita-  
lienç gentis calamitates percurrere, ut sub-  
ditorum tuorum felicitatē agnoscas, quos  
pestilentissimum hoc sydus nunquam af-  
flavit, in mediis tamen collidentium inter-  
se religionum fluctibus deprehensos. Ego  
cùm hæc scriberem, non semel inhorru-  
i. In acerbâ illâ misericarum contemplatione  
diutiùs hærere non erat animus, nisi relu-  
ctantem coëgissent viri magni, quibus nec  
negare quidquam debebam, nec poteram.  
Fatigatus igitur forensium occupationum  
molestiâ, alienas curas in hoc otio deposui,  
posteritatîsq; negotium agere institui. Ne  
autem liber iste jamdiu neglectus, inter  
quisquilias meas pulverulentus ingemiscat,  
sub nomine Serenitatis Tuæ manumisi. Ut  
si livorem cōtrahat, inveniat patrocinium;

si pu-



si publicum favorem , inter donaria nume-  
retur. Per sis olim nefas fuit sine munuscu-  
lo Reges accedere. Horum exemplo Se-  
renitati Tuæ voveo , quod semper habui  
inter pignora charissimum. Agnosco enim  
quo me favore exceperis , cum è Belgio  
evocatum , celeberrimæ Tuæ Academiæ  
Ingolstadiensi adscripsisti. Sed si quæsissim  
Fastigio Tuo dignum munus , non inveni-  
rem satis idoneum. Possem equidem in  
virtutes Tuas ire, Victorias extollere , qui-  
bus contumaces inimicorum spiritus con-  
fecisti. Sed laudes Tuas tam ægre admittis ,  
quam cæteri mortales lubenter audiunt.  
Virtutis mercedem in conscientia facti re-  
ponis , solidamque gloriam, nullâ adulati-  
one libatam , à posteritate exspectas. Ad-  
mitte igitur benigno oculo exile monu-  
mentum ingenij mei, & hoc donario Sere-  
nitatem Tuam adorari patere.

## SERENITATI TVÆ

Devotus

*Nicolaus Burgundius.*

\* 3